

swetudinibus frui et gaudere, quibus iidem cives et incole in antiqua
 civitate, que per ablucionem decursus aque videlicet Albie abluta est
 prohdolor et deleta, usi sunt pariter et gavis. Inhibemus eciam ipsi
 civibus presentibus et futuris firmiter et districte, quod si questionem
 super aliquo casu inter ipsos moveri contingeret, quod super huiusmo- 5
 di^f casus vel casuum iure et sentenciarum appellacione, si alias inter se
 appellaverint, civitatem Borch denuo non adeant nec frequentent; sed
 ipsa a civibus civitatis nostre Nove Brandinburg cum instantia requi-
 rant et postulent diffiniri. Qui id sub forma iuris et gratie, prout ipsis a
 magnificis principibus marchionibus Brand(enburgensibus) bone re- 10
 cordationis predecessoris nostris indultum et concessum est, debe-
 bunt omnimode diffinire. Nobiles vero et rustici terre Jerichowe pre-
 dicte, si eos propter iuris dubitacionem sive per appellacionem senten-
 ciam contingit postulare, hec nusquam alibi nisi a scabinis predicte
 civitatis Jerichowe^g postuletur; et dubitans a sua dubitacione duos 15
 solidos denariorum Brand(enburgensium) et appellancium quilibet
 totidem sine contradictione qualibet erogabit. Pronuncians vero pro-
 nuncianda non secundum antiquum modum nec secundum antiquam
 et reprobata terre consuetudinem, quam presentibus cassamus, re-
 vocamus et irritamus, et singulariter pro eo, quod proles mortui p(ro)- 20
 lis hereditate avi, vivente patruo vel matertera, sunt exhereditandi,
 quod iure imperiali et privilegio Saxonico contrarium et eciam invali-
 dum dicimus et censem. Volentes eciam et mandantes, ut universa
 iura terre prenotate tam nobilium quam rusticorum secundum curie
 nostre et privilegii Saxonie iura per omnia inantea perpetuis tempori- 25
 bus observentur. Si vero a predictis scabinis propter errorem et igno-
 ranciam iuris ad incolas ipsius terre predicte pertinentem appellari
 contingeret, tunc non usquam nisi ad castrenses predicti castri volu-
 mus appellari. Et presidente predicti castri domino vel eius officiato
 cum dictis castrensibus terminetur, a quibus tamen partes pro ewulga- 30
 cione sentencie nolumus amplius, nisi in octo solid(is) denariorum
 Brand(enburgensium) aggravari. Adicientes eciam, quod si domini vel
 castrensiu sententia tamquam diminuta vel iniusta accusata fuerit vel
 co(n)perta, non ad aliquem alium nisi ad nos marchionem Brand(en-
 burgensem) vel ad nostre curie iudicem volumus appellari. Volentes 35
 ipsam sententiam, dum equitatem cause sentencie plene cognoveri-
 mus, pronunciare vel per ipsum curie nostre iudicem pronunciari effi-
 cere et mandare. Et si quos iniquos et iniustos in sua sententia inve-

f) modi *fehlt* A.

g) Jerichow A.